puatur p̄tate eligēdi. s̄. tūc cū p̄sistit in voto adeo vt seq̄tur de indigno cōis electio. Probatur hic in tex. et in hoc declaratur qd̄ habet in s̄. clerici. in. c. cū in cūctis. s̄. e. ti. vbi dicitur .q̄ sciēter eligens indignuz puatus est p̄tate eligēdi. Et q̄ verbum electiōis multa habz significata necessaria fuit declaratio. idō facta fuit hec p̄stitutio. et sic patz q̄ verbuz electiōis ibi positū debz intelligi de electiōe solēni et cōi q̄ fit postq̄ vota sunt scrutata publico scrutinio z collatione votoz habita. fm̄ qd̄ habetur in. c. q̄ p̄ter. s̄. e. ti. vñ si in de p̄positione voti q̄s vtaf verbo eligo nihilomin⁹ p̄pterea non est puatus p̄tate eligēdi. vt hic p̄bat. Item si om̄es in scrutinio scienē noīauerūt indignū et vn⁹ sol⁹ p̄manet in voto et post factā collationē eū eligē solēniter. Alij aut̄ diuerūt a sua noīatione sol⁹ eligēs incidit in penā. d. s̄. clerici fm̄ Franc. Uercellen. alle. legat. c. cū ex eo in fi. s̄. de pe. et re. Nā licz hec electio sit facta ab vno solo. tū quia post electionē facta est dicit cōis electio. facit. c. penul. j. de re. iudi. Ex iā dictis nō cautelā quā dat Job. an. in. c. p̄gregato. s̄. e. q̄ si maior pars capli sciēter noīat idīgnū. debz minor pars noīans tacēz nihil dicere donec seq̄tur electio in caplo de indigno noīato. quo facto maior pars puata ē ip̄o iure p̄tate eligēdi ea vice. p̄ dictuz s̄. clerici. et tex. hic. et sic minor ps poterit eligē noīatū a se et obrinebit

Tertia con - Nominās scien
scrutinio. licz non seq̄tur cōis de eo
electio p̄t a deo et etiā p̄ sedē aplicā
puniri de illo peccō. Probatur hic in

scda parte hui⁹ tex. et sic p̄bat hic
tex. q̄ p̄ penā quā index imponit p̄
delicto nō evitat peccōz penam sibi
debitā a deo. facit. c. p̄missa. j. e. Item
p̄bat hic tex. q̄ faciēs p̄tra statutuz
p̄ceptiū peccat mortaliter. licz alia
pena in eodē statuto sit posita. fm̄
Domi. hic. de q̄ dixi in. c. vt aīarum
s̄. e. li. de consti.

Ulli licz impugna

re electum postq̄ in scruti
nio ipsū noīauit z electio
de eo subsecuta fuerit. vel postq̄ ele
ctioni de eo facte consensuz p̄stitit.
nisi ex causa de nouo emergēte. aut
de nouo in notitiam pueniēte. quā
verisimiliter tpe electiōis poterit eli
gens ignorare. de qua ignorātia p̄
pprium iuramentuz debet fidem fa
cere. Hoc dicit.

Ex textu isto elicitur talis con
clusio. Eligēs aliquē
aut electioni p̄sentis nō p̄t aliqua
obijcere p̄tra electi personaz. nisi de
nouo emergāt. aut licz antiq̄ sint. tū
p̄t p̄bare ignorātiā. Probatur h̄ in
tex. Et rō huius tangitur hic p̄. g.
verbi impugnari. quia qd̄ semel ap
probauit reprobare nō possū. vt in
regula q̄ semel. j. de re. iur. vñ fm̄ ar
chidia. consentiens electioni de ali
quo facte neq̄t etiā in formaz aliq̄
obijcere p̄ rōnem iā dictaz. que etiā
ad idēz p̄cludit. Rō quare p̄pter no
uiter emergentia p̄t eligens aliquē
se eidem opponere. patet hic in glō.
verbi emergente. Nā que de nouo
emergūt auxilio egent. vt in. c. in fi.
nuate. de offi. dele. cū peccōz. Item de
antiquis ignoratis tpe electiōis vt
vt hic iuncta. g. fi. et h̄mōi ignoran
tia p̄ pprium iuramentū debz p̄bari

De electione

scz corā illo iudice coram quo questio vertitur iuxta. c. ex litteris. de pbatio. sufficeret tñ iuramentū pcuratoris ad hoc spēale mādatū habentis. quia tale iuramentū censetur ecēprium ipsius pstituentis. quia et cōstituentis ex eo censetur pcurator. vt ī c. f. i. de iureiurā. et nō. in. c. vt circa in. g. penul. s. e.

I quā due electio-
nes in discordia celebrant
in vna ecclia vna pars eligentū sit in duplo maior alia. tunc cōtra eā nihil pōt obijci per partem aliam minorem aut electū; p eam qd ad extenuationē zeli meriti et auctoritatis tendat. s; bene id qd votum nullū reddit. Hoc dicit

Prima con- Habito scrutatio electiois anteq̄ celebret cōis electio fieri debz numeri zeli meriti auctoritatis ad inuicē collatio. Probat̄ hic in. g. verbū opponendi. et in. c. in genesi. s. e. et. c. ecclia. ij. et ibi de isto p. g. s. ij. Mā alias nō possit sciri quis a maiori parte nūero. quis maiori et sāctiori zelo eligentū. et quis ab eligentibus maioris auctoritatis sit electus. aut quis electus sit maioris meriti. de quo in dicta. glō. finali

Secunda cō- Electione facta in discordia si vna pars eligentium fuerit dupla maior alia. psumit̄ sanior. nec eidē aut electo ab ea pōt obijci aliquid p minorem partē. qd votū extenuet s; bene id qd nullum votum redderet. Probat̄ hic in tex. ex quo patet qd id qd notatur in. c. ecclia. ij. s. e. et. qd zelus et auctoritas eligentium in numero minori pōt equiparari

numero maiori aut vincere. est limitandū fm hunc tex. nisi videlicet numerus sit maior multo. sp̄ enim tūc stādū est numero. qd vbi maior numerus ibi presumitur melior zelus vt ibi etiam notat. g. Procedit aut̄ hec conclusio et textus hic quando due electiones simul facte essent. qd si vna sola esset facta licet per duplo maiorem partē capti. tamen tertia pars capituli que non elegit se opponere potest et pponere etiam ea qd votum extenuant. Item si ex interuallo etiam due essent facte. non haberet locum hic tex. sed ea que notatur. c. auditis. in. g. fi. s. e. Dicitur autem pars vna eligentium duplo maior alia. quando est maior in duplo aut habet duas partes alterius. vt forte sunt. xxx. eligentes. et xx. eligētes vnū. et. x. alium. pma pars eligentium dicitur duplo maior. vel erant. xij. eligentes. et octo eligunt vnū. et quattuor alium et octo faciunt duplo maiorem partem fm Job. an.

Ultima con- Aliud est votū extenuare. aliud illud annullare. Probat̄ hic in textu iunc. g. i. que dicit. qd extenuare ē illud minoris auctoritatis reddere. sed non omnino annullare. Et si obijciatur qd vnus sit litteratus alter nō Item eligentes vnus sunt in dignitate constituti. alterius eligētes sūt simplices canonici etc. Annullare ē illud nullum reddere. vt si dicitur qd vnus electus aut eligens vnus fuit excōsatus maiori. et priuatus a iure pte eligendi. iux. c. ij. s. e. etc.

Sanctis constitutio
alexandri cās electionū
epozum et superiorum ma

Summariū et Conclusiones Sexti

ioribus causis connumeret et eas p̄ quascūq; appellationes ad sedem apostolicam deuolui asserat. vt tū refrenetur temeritas appellantium statuit papa. vt si extra iudicium in dictis causis contingat appellari expressa causa manifeste frivola ne quaē ad sedem apostolicāz debeat deuolui. Sed tunc demū deuoluat qū in iudicio vel extra expressa causa probabilis et in scriptis appellat. possunt tamen hoc casu partes ab hmoi appellatione recedē sine symoniacā prauitate. atēq; appellatio sit presentata apostolice sedi. Et tunc inferior ad quē spectat cognitio talis cause. ante omnia diligenter inq̄rat an aliq̄ p̄uitas intercesserit. quā si internenisse comperat. nullaten⁹ de causa se intromittat. sed partib⁹ terminū peremptoriūz statuatur. in q̄ cum actis et munimentis coram papa se representent. Hoc dicit.

Prīa con. Cause electionum ep̄orum et superiorum per appellationēz manifeste frivola non deuoluntur ad papam. Probatur. hic in textu. Cū patet q̄ iste cause non sunt de maiorib⁹ causis ad sedem apostolicam referēdis iuxta. c. vt debitus ordo in fine. de appella. s̄. qd̄ tenet hic. glō. in verbo q̄libet. et sequitur archidī. Qd̄ etiā patet quia inferiores a papa illas electiones confirmant. vt archiep̄i. patriarche. primates. legati de late. re. c. si abbatem. 7. e. ti. qd̄ non possēt si essent de maioribus causis. vt l. c. q̄ translationem. de offi. leg. Item inferiores de illis cognoscere possunt. vt hic in tex. Hodie tamen videtur q̄ sunt de maioribus causis. propter confirmationes quas d̄ ta

ribus facit papa. sed de iure scripto tenendū est cum glō.

Secūda cō. Hmoi causas dei appellatio in scriptis. et ex. probabili causa interposita. etiāsi hmoi causa sit falsa. Probatur hic in vers. s̄ cum. Et qd̄ dicitur appellationē interponi in scriptis est generalit̄ verum in qualibet appellationē. nisi appellatur a diffinitiva incontinētī. q̄ tunc sufficit appellari viua voce. vt ff. de appel. l. ij. et. l. litigatorum. l. e. Hoc tamē casu tutius est s̄ a diffinitiva in scriptis appellari. quia textus hic indistincte loquitur. Et ita tenet glō. verbi in scriptis. Et ergo etiam hoc casu quando a diffinitiva appellatur. tutum est probabile causam exprimere. licet alias regularit̄ illud non requiratur. s̄m glō. verbi probabili. Et dicitur potest distinguī prout hic distinguit. g. in verb. legitima. Aut enim appellatur exp̄sa causa legitima. id est talis que si probetur vera deberet legitima censi. et sic deuoluit appellatio negotium ad sedem apostolicāz. Aut est expressa causa manifeste frustratoria. vt appellatur ne eligatur nisi doctor aut nobilis. et tunc nō deuoluit. qd̄ verum nisi statutum aut priuilegium ecclesie requirēt huiusmodi qualitatem in eligendo ad dignitatem. 7 tunc hmoi appellatio est valida. quia in statuto aut priuilegio fundatur. Aut ē causa dubia et sic in casu dubio appellationi est deferendum. Aut nullam causāz expressit et non deuoluit. sed dicitur talis appellatio frustratoria. ex quo in ea non est causa probabilis exp̄sa. qd̄ hic textus requirit. S; tamē

De electione

iudex tali appellationi deferret. etiam si sine scriptis esset interposita devolueretur causa ad curiam. Et idem ubi dicitur quod appellaret sine scriptis aut nulla causa expressa ubi tamen de iure esset exprimenda. quia si iudex deferret devoluitur negotium. non ex vi appellationis. sed propter declarationem iudicis. per ea que notant arch. in c. cordi. de appel.

Tertia con. Hec vera siue iudicio siue extra in dictis causis appellatio sit interposita. Probatur hic in eodem versu. sed cum. Et quo patet quod appellatio interposita super electione potest esse iudicialis. ut habet in c. qui contra certam. et in cle. sicut de appel. ubi sunt exempla per glossam.

Quarta con. A pre dicta appellatione nulla interveniente pravitante. possunt partes recedere ante quam sit pronuntiatum domino pape. Probatur hic in versu. ceterum. et quid in alijs causis. An appellantes possunt recedere ab appellatione sua et eam deferere. et quando id possunt. tractat hic glossa in verbo partibus. que dicit quod re integra potest appellans recedere ab appellatione etiam invito appellato. Aut etiam re non existente integra satisfacto adversario de interesse. Speciale est in causis electionum omnium episcoporum et superiorum. ut presertim appellatione pape. ulterius ab ea non liceat recedere. etiam utraque parte consentiente. De ista materia hic latius per Ioh. mo. et per Hosti. et Jo. an. plene in c. fli. s. de cri. fal.

Ultima con. Debet tunc iudex inferior cuius est illius cause cog-

nitio ante omnia inquirere an pravitante aliqua intervenit quo comperito partes cum actis et munimentis apostolice sedi statuto termino per emptorio remittere debet. Probatur hic in si. tex. Quid autem si iudex inferior omiserit istam inquisitionem et procedit ad confirmationem. habet in c. provida. et eo. et hic in glossa. verbi inquirant. quia nullum est quod facit ut ibi. Item que dicuntur munimenta cause. dicitur hic. g. penul. quod probationes et instrumenta. quia causa mutatur que etiam dicuntur monumenta. quia monent et informant iudicem quid facere debet. In glossa. Item dicitur documenta. ij. q. vi. plerique. quia docent quid iudex facere habeat. Acta autem cause dicuntur omnia que in causa aguntur. ut in c. qui contra falsam. de probatione. Quid autem si isti non representant se sedi apostolice aut renunciant appellationi? Dicitur in glossa finali. cum qua concordat archidia.

Fortē inter

alia que electo postulato aut promovendo ad aliam quam dignitates obijciuntur. evidens scientie vel persone defectus opponatur. Primor autem omnia super illo defectu promovendū debet examinari. Cuius examinis eventus alijs examinandis dabit initium aut deneget. Quod si evidens defectus non fuerit repertus verus. repellit ipsum opponens a prosecutione. etiam aliorum obiectorum. et perinde puniatur ac si in probatione omnium defecisset que obicit. Hoc dicit.

Prima con. promovendo

Sūmariū et cōlusiōes Sexti

ad aliquam dignitatem seu benefici-
um possunt crimina et defectus op-
poni. Probat hīc in tex. Et quia
tex. ponit verbum generale promo-
uendo. Igitur etiā si p̄ viam colla-
tionis procedatur ei cui collatio ē
facienda possunt obijci defectus et
crimina. Item et electo confirmato
ad impediendum eum p̄moueri re-
spectu pontificalium et eorum que
consecrationem desiderat fm̄ Bul.
et arch. facit. c. ij. de transla. prelato.
Item et postulato possunt obijci cri-
mina et defectus. vt hīc in tex. qđ
verum si crimen non exprimat in
postulatione. qđ fieri debet. vt dixi
in. c. vnico. s. de postu. prela. e. li. Et
intellige qñ est talis defectus etiā
non descendens a crimine. qui om-
nino postulatum inhabilem redde-
ret. vt dixi circa diffinitionē postu-
lationis in. c. vnico. s. ti. proximo et
ibi archi.

Secunda con. ^{Dec.}
dat ordinem examinādi obiecta ele-
ctis postulatis aut p̄mouendis ad
dignitates aut beneficia qñ obijciū-
tur plura in personam quorū qđaz
sunt euidentia seu manifesta. Proba-
tur hīc in prin. tex. dum dicit inter
cetera que obijciuntur. Un̄ patet qđ
si om̄es defectus oppositi essent eui-
dentes non haberet locum. tex. iste
quo ad ordinem quez requirit. licet
bene haberet locum quo ad modum
p̄bandi tales defectus. quia p̄ exa-
minationem electi p̄mouendi p̄ba-
ri deberent. et locum haberet etiā
quo ad penam non probantis. fm̄
Job. and. Tunc aut̄ locuz habz qñ
aliqui defectus euidentes opponun-
tur. Et quis dicitur defectus euidentis

Hic vt. g. verbi manifestum in. c. con-
stitutionē. s. e. li. de verbo. signi. et h
in. g. ij. quia ille qui de facili p̄bari
potest p̄ inspectionem oculoꝝ vel
per examinationem. vt si dicitur les-
prosus. monoculus. freneticus aut
habere manus tremulas. aut omni-
no illitteratus. et sic euidentis hoc casu
idem est qđ manifestus. quia p̄bati-
onem requirit. vt in dicto. c. constitu-
tionem. s. i. Alij aut̄ defectus aut cri-
mina quorū probatio non ē in eui-
denti. dicuntur non euidentes. vt si
obijciatur qđ est homicida. usurarius.
bigamus. periurus. adulter. excoica-
tus. Idem si obijciatur alicui qđ sit
castratus fm̄ Job. an. quia licet p̄
inspectionem oculoꝝ de facili pa-
tere p̄t que eē castratum. vt in. c. fra-
ternitatis. de frigi. tamē in euidenti
non est qđ se ip̄m castrauerit. aut qđ
sine causa iusta id fecerit. et alias n̄
repellitur a promotione. vt in. c. iij.
et. iij. de cor. vicia.

Tertia con. ^{Si iter a-}
lia obijciē
p̄mouendo defectus manifestus. p̄mo
sup̄ illo ē examinādi. Probat hīc in
tex. qđ verū in p̄mouēdo ad digni-
tates. quia de illis loquitur tex. in p̄-
mouendo ad alia beneficia. Idē tenz
Jo. mō. p̄pter rōnis identitatē vt si
at celerior expeditio. qđ Jo. an. di-
cit esse benefactum h̄ non n̄cariū. qđ
istud statutum penale nō est extēde-
dū. vt. s. e. ti. c. statutū

Quarta con. ^{Si eui-}
dens de-
fectus nō probetur cōtra p̄mouen-
dum repellitur obijciēs ip̄m a p̄se-
cutione omniū obiectoꝝ. Probat
hīc. Est plures euidentes defectus
sunt oppositi. et vnus nō reperitur

De electione

vernus. Sic ut h in. g. verbi evidentē
Quis aut tenetur pbare defectū op
positū vide hic. g. nobilem in verbo
scientie. q̄ sentit q̄ allegās qualitatē
extrinsecāz inesse. tenetur probare.
vt litteratura Allegans aut qualiti
tatē intrinsecam scz cuz qua homo
nascitur non cogitur probare. quia
inesse presumitur. de quo in. c. dudū
de presump.

Ultima con. Potest
rior de alijs obiectis inquirere ex
suo officio. aut ad probationē eoz
alius cuius interest admitti. ne in
dignuz ptingat ad dignitates eccle
siasticas pmoueri. pbatur hic in. g.
verbi initium et in iuribus in ea al
legatis

Ciant cuncti

se ipso facto esse excoicatos
qui grauant clericos aut alias pso
nas ecclesiasticas ad quos in ecclis
aliquibus aut monasterijs spectat
electio. eo q̄ rogati vel induci nolu
erunt eligere illuz pro quo rogabā
tur aut inducebantur siue graua
men inferant ipis in beneficijs. seu i
alijs ipozū bonis. spoliādo eos. aut
iniuste psequendo eos p se aut per
aliū Idē ē si ppter dictāz causā aliq̄
grauant consanguineos dictoz cle
ricozū aut psonarū eccliarū aut
ipās ecclias seu inōasteria Hoc. d.

Conclu. p̄tia. Grauas
ius eligēdi habentē ideo q̄ nō vult
eligere eum p q̄ est rogat⁹ seu indu
ctus. est ipso facto excoicat⁹ Proba
tur hic in tex. Ad quem aut ptineat
ius eligēdi vid. hic. g. in verbo spe

ctat Unde dic fm. g. q̄ electio prela
ti in ecclesia collegiata spectat de iur
re cōmuni ad collegium In nō col
legiata spectat ad patronum nisi all
qd habeat consuetudo. et si non sit
patronus vel collegium. spectat ordi
natio ad diocesanum. per. c. regē
da. x. q. 7. De prebendis et inferiori
bus beneficijs ad quem spectat ordi
nare de ipis. remittit glosa. ad nō. c.
cum ecclesia vulterana. s. eo dem ti.
Et ibi est conclusio q̄ ad collegiū
seu capitulum vbi est ecclesia colle
giata. de quo etiam per glosā in. c.
ea noscitur. de his que fi. a prela. de
isto est deci. rote in nouis. c. xij. que
incipit. Item de collatione preben
darum et ibi tenet collector q̄ in ec
clesijs collegiatis inferioribus r nō
cathedralibus de iure cōmuni spe
ctat receptio canonicorum et colla
tio prebendarū ad capitulum. per. c. ex
insinuatione. de symo. c. cum in ec
clesia. f. e. li. de pben. et. c. et transmissi
sa in fine. de renūtia. In cathedrali
autem ecclesia est diuersitas. aliq̄ di
cunt q̄ spectat simul ad episcopum
et capitulum. aliq̄ q̄ solum ad episco
pum de consilio vel fm. alios de cō
sensu capituli. pro primis facit. c. rez
genda. all. cuz similibus. et sic seruat
Leodij. Pro alia opinione facit. c.
nouit. de his q̄ fiūt a prela. De iure
speciali ad alterum tñ. puta capitu
lum tñ vel episcopuz tñ potest spe
ctare. et ita Colonie soluz capitulū
confert. videtur igitur ecclesiarum
consuetudo hoc casu attendenda.
Est etiam aduertendum q̄ textus
et conclusio dicunt de rogato et
inducto. q̄ differentia est inter
rogare et inducere. quis rogat

Sūmariū et cōclusiōes Sexti

qui precibus aliquem pulsat. inducit qui pmissionibus aut minis aliquem impellit. neutrum tamen est licitum in beneficialibus. de quo in c. tuam de eta. et q. et in c. ordinatiōes. 7. q. 7.

Secūda con- Idez in gravate collatore aut clericum pntandi ius habentes ex eo q eligere recusat aliquem. De collatore patet in c. si post q. in si. 7. e. De patrono clericū prefertantem est hic. g. verbi alios in fine quā tenet arch. et Jo. mō. et Huil. et Bar. quia clericorū pntatio dicitur quasi electio. p ea q notantur in c. dilectus de offi. le. Itē habz b ter. etiaz locū in postulāte. p q. c. in causis. s. e. Ex q patet q pstitutio penalis in favore eccliarū pncipaliter inducitur. licz partim sit odiola. tñ cōsiderato eo sup q pncipaliter intēdit disponere iudicatur favorabilis. et extendit ad aliū casū i favore eccliarū. Sic dictū fuit in c. vt circa. s. e.

Ultima con- Ioz loz ista cōstitutio siue quis gravet dictas psonas p se vel aliū in reb? aut psonis. aut ipoz p sanguineos etiaz laicos. aut monasteria seu ecclias ipas. Probat hic iuncta. g. verbi alios. qz q p aliū facit p se facere videtur. qd verum dicit. g. in his q p alios fieri pnt. secus in alijs quēadmo dū ē ad ulterius fm. g. Et breuiter si p sideramus effectū naturalē scē nūq dicitur facere p se qui facit p aliū. nūq em faciabitur q p aliū pmederet vel biberet. Si aut consideram? effectū cūilē qui ex facto oritur. tunc tenetur quis de eo quod facit per aliūz cui id mandavit faciendū ac si fecisset p se ipm. et sic faciendo per aliūz

adulterari vxoze alicui? tenetur iniuriarum ac si per se fecisset. Ita tenet Bart. in l. i. § de iecisse. ff. de. vi. 7 vi arma. 7 ita concludit hic Domi. Et an mandataris puniatur hac pstitutione. Bl. B. in. verbo alios tenet q sic. et seqtur archidi. licz Jo. mō. dicat contrarium. Pro concordia. dicit Pe. de an. Aut mandataris scit qualitatem facti. et sic incurrit penam huius constitutionis. ita procedit glō. Aut ignorat qualitatem facti. et sic non ligatur quia factum in se sit malum. arbitrarie tñ punietur fm euz. et seqtur Jo. imo.

Item nota q hec constitutio inducit aliqua specialia. vnum est q laicum percutiens consanguineum alicuius electoris est excommunicat? vt hic in glō. verbi consanguineos. Secūdo quia percutiens clericum in casu huius. c. est duplici vinculo excommunicationis ligatus. primo ex ca. si quis suadete. xvij. q. iij. secūdo ex sententia huius. c. et sic necessaria est etiam duplex absolutio. vt in c. cum pro causa. de senten. excom. Tertium spēale q persequens clericum est excommunicatus. licet euz nō spoliat nec ei iniiciat manum vt h patet

Generali hac

constitutione cauetur vt omnes qui regalia custodiam seu gardiam aduocationis aut defensionis in ecclesijs monasterijs aut alijs pijs locis de nouo vsurpant. et bona ecclesiarum monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium occupant. Item clerici monachi et alie psonae eorūdem locorū id pcurates sūt ipso

De electione

facto excoꝛicati. Clerici autē q̄ talia fa-
ciētib⁹ se nō opponunt. p̄nt debent
eo tempore quo predicta sine debi-
ta contradictione p̄mittunt. aliq̄d p̄-
cipere de p̄uentibus eccliarum et
locorum eorūdem prohibentur. Al-
li vero quibus ex fundatōe aut an-
tiqua consuetudine dicta iura in lo-
cis p̄missis cōpetunt ab eorū ab-
usu per se et suos ministros abste-
ant. et ea que non p̄rinent ad fru-
ctus seu redditus tempore vacatio-
nis non vsurpent. nec bona quorū
custodiam habēt. perire permittāt
sed fideliter conseruent.

Pr̄ia con. De nouo vsurpan-
tes regalia custodi-
am seu ius patronatus. aut aduoca-
tionem eccliarum vacantium. aut ip̄o-
rum bona. et tō p̄curantes fieri. si
sunt de illis ecclēsijs sunt excoꝛicati.
Probat̄ur hic in p̄ma parte textus.
Et habentur hic nomina diuersa
obscura aliq̄s regiones respiciētia.
De quibus dicendum vt hic. in glō
verbi regalia. *Uel fm arch. regalia*
sunt ea q̄ reges capiunt vacante ec-
clesia. que post ordinationem ecclē-
sie percipiūt p̄lati et non rex. *Les-*
tera autē nomina sine synonyma ⁊
ius patronatus signant. q̄d fm di-
uersas regiones diuersa sortit̄ noīa
fm glō. et de istis habetur in. c. ij. ⁊.
de re. ecclē. non alie. et. c. venerabilē
ē. eodez titulo. Et comprehendit h̄
constitutio omnes masculos ⁊ femi-
nas. de quo in glō. ij. Et quis de no-
uo dicitur vsurpare. vid. hic. g. ver-
bi de nouo. Itē si quis bona ecclē-
nō vacantis occupat. cessat hec p̄sti-
tutio. sed locū h̄nt iura antiq̄. videlz
cum sit. et. c. conq̄stus. de fo. p̄petē.
fm Job. an.

Secūda cō. Clerici et p̄sone
eccliarum debe nt
se opponere pro ip̄arum defensione
alias subiacent huic pene. Probat̄
hic in tex. iūcta. g. verbi opponunt. ⁊
in. c. si quis p̄sbroꝝ. de re. ecclē. non
alienan. Et est pena non opponētiū
se. quia eo tempore quo se non op-
ponūt prohibentur aliqua recipere
ab ip̄is ecclēijs. etiam victus et vesti-
tus. qui enim nō laborat non debet
manducare. l. sicut. ff. si ex noxa cau-
sa agatur. fm arch. *Bens. et Job. d.*
fautu. Et si contra hanc prohibitiō-
nem aliquid receperint peccāt mor-
taliter. et tanq̄ trāsgressor canonis
puniri debet. Et quis dicitur tran-
sgressor canonis. et que sit pena eorū
rum. vid. in glō. verbi inhbemus.
ad quam omni die solet fieri remis-
sio q̄ dicit. q̄ ille est trāsgressor ca-
nonis q̄ venit contra canones p̄hi-
bitionē p̄tinētē. secus si p̄tineret cō-
siliū. et si contravenit ex eo. quia cre-
dit romanam ecclesiam nō habere
potestātē p̄dendi canones. puniuntur
vt hereticus. Si autē illud credit. h̄
tamē p̄trarium facit. q̄ sic ei placet.
est deponendus fm glosam. quod
verum fm Jobez de imo. in cle. j. de
eta. et quali. si trāsgreditur in con-
temptum canonis scienter etiā vna
vice tm̄. argu. c. cuz illoꝝ in fine
de sentē. excoꝛmuni. c. finali. de excē.
p̄latorum. secus si ex negligentia
aut per erroꝝ. aut simili modo ve-
niret contra canonem. tunc non de-
poneretur nisi plurib⁹ vicibus trā-
gressus fuisset legem. argumento. c.
p̄terea. infra. de iure patronatus
De quo hic plene Dominicus et
per *Hoick. in. c. dudum. sup̄ eodez*
titu. Nec habet locuz hec p̄stitutio

Summariū et Cōclones Sexti

in monachis. quia hec constitutio in hac parte de eis nō loquit. et q̄ est penalīs nō est extendenda fm archidi. Et q̄liter clerici debent se opponere. dicit archidi. p̄ possibilitate sua innocando brachū seculare. aut denunciando iudici seculari. nec tñ corporaliter se opponere. et si seq̄tur pugna et aliqui moriant̄ mors eis non imputatur. ar. l. qm̄. l. ad. l. iuli. de vi. publi. vel p̄ua.

Ultima con. Ex fundatione aut antiq̄ cōsuetudine p̄t quis habere custodiā fructū ecclē vacātis. aut fructus ipsi percipē. Talis tñ debet diligēter ab eorū abusu abstinere. Probatur h̄ in sine tex. iūcta. g. verbi fundatiōe. que dicit q̄ fundans 7 dotans ecclē h̄ p̄t de licentiā et p̄sensu ep̄i statuē vt fructus ipsius ecclē q̄ vacat suos faciat. qd̄ veruz. qm̄ tempore dotationis illud onus imponit. quia postea ex intervallo etiā tpe traditiōnis dotis istud non p̄t fm Joh. an. ar. c. preterea et que ibi habent̄ i glō. ff. de testi. co gen. Dicit etiā. g. in verbo fundationis. q̄ ex cōsuetudine p̄t q̄s habere iura. de quib⁹ h̄c i tex. sed non valet cōsuetudo q̄ quis possit ea de nouo usurpare. vt h̄c patet. Et qualiter se debeat habere ille qui habet h̄mōi iura patet h̄c in sine. quia ea que non sunt de fructibus aut redditibus vt sunt silue cedue non tamen apte ad cedendū. stagna piscium que nōdum sunt in statu vt piscari debeant. et thesaur⁹ ecclē non debet usurpare aut percipē. Et que sit differētia inter redditus et fructus. vide h̄c in glō. ff. quia omnis fructus consistit in red

ditu sed non econtra. quia partus ancille non est in fructu. vt in. l. i. pecudum. ff. de usu. Insti. de re. di. s. in pecudum. versi. partus. sed bene appellatione redditus continetur. vt in. l. deducta. ff. ad trebelli. et facit h̄ differētia ad litteras concessas ad beneficia 7 statuta fm Domi.

Icet canon alexā

I d̄i tertij in. c. cum in cun⁹ cōis. s. inferiora. supra eos. titulo statuat. q̄ nullus ad ecclē parochialem promoueat. nisi attingat vicefimum quintum annum. et scientia et moribus sit cōmendandus. et nisi monitus infra annum ad ordinem sacerdotalem fuerit p̄motus. posset amoueri. Quia tamē plures negligunt obseruare ipsum. papa iuris executiōe adiuuare ipsū volens. Statuit. vt nullus ad ecclē parochialem assumatur. nisi sit idoneus scientia. moribus. et etate. et si de cetero conferatur alicui non attingenti vicefimum quintum ecclē parochialis. collatio est nulla. Assumptus etiā ad parochialis ecclē regimē debet in ipsa ecclē personaliter residere. et infra annum a tempore commissi regimēnis numerandum ad sacerdotium p̄moueri. 7 nisi infra illud tēp⁹ promotus fuerit. ipso iure ecclē sibi commissā priuatus est. etiā nulla p̄missa monitione Super residentia autem faciēda personali ad tēpus potest dispensare ordinarius si sibi videbitur ex causa rationabilī. Hoc dicit

De electione

Prima con. In pmonedo ad ec
clesiā parochialem
requiruntur tria. videlicet etas xxv.
annoꝝ. mores et sciētia. Probat in
in. c. cū in cūctis in pn. et in s. inferi
ora. s. e. ti. et hic in pnc. Cū videt q
etiā hñs ordinē sacerdotalem anq
attingat xxv. annū nihilomin⁹ in ha
bilis ad parochialem eccliam. et sic r3
g. penul. in. c. ei cui. 7. de pben. facit. c.
7. primū. qd copulatiue de etate et
sacerdotio loqitur. que aut etas req
rit ad alia bñficia. dixi in. c. si eo tē
poze. s. e. li. de rescrip.

Secūda cō. Collatio paro
chialis ecclie scā
nō attingenti annū xxv. ē nulla. nec
cuz minori vt hmōi habere valeat
eccliam dispensare p̄t alius a papa.
Prima ps pbatur hic in vers. decer
nētes. et in hoc suppleē hic id qd ha
betur in all. s. inferiora. vbi etiā pbi
betur minorib⁹ pferri parochialis
ecclia. n̄ decernitur collatio facta ir
rita put facit hec cōstitutio. Et iō
hec pstitutio ad futura tñ extendit
z non ad p̄terita. qd isinat verbū
de cetero. Et an pendentia respiciat
vide hic. g. verbi de cetero. ad quaz
solet fieri remissio q etiā tenz q aut
nova pstitutio disponit de ordina
tione negotij. aut p̄tract⁹. et sic non
respicit pendentia aut ordinationē
p̄cess⁹ aut sūie z sic respicit p̄dētia
q ad p̄cessū adhuc faciēdū. nō autē
q ad factū i cā. hoc est respicit futu
ra si bñ inspiciatur. put regularitē
pstitutiōes solent. l. leges et p̄stōnes.
L. de legi. c. ij. et si. s. de p̄stituti. de q
hic pleni⁹ p Jo. an. Et seruāda ē b
g. et. g. ij. in cle. vnica. de testi. q ē sin
gularis. Scōdam partē tenz. g. verbi
carere dicens. q ep̄i in etate nō p̄t

dispensare. facit. c. p̄mittim⁹. 7. s. eta.
et q̄li. et idem tenet. g. in cle. vnica. s.
offi. vica. sup verbo etate. q. g. cōiter
tenentur. licz archidiacono. tenet con
trariū.

Tercia cōclu. Eodem mō nul
la ē electio. po
stulatio aut quis p̄missio ecclie pa
rochialis facta. de minori. xxv. anis
Ista conclusiōne tenet hic Domi.
et pbat hic tex. dū p̄hibet assumpti
onē in p̄ncipio. et sic de qualibz as
sumptione videt loqui. et eodē vbo
vtitur in vers. is etiāz et facit. quia
hec pstitutio venit declaratiue z sup
pletive. ad decre. cū in cūctis in s. in
feriora. s. e. s. ille tex. p̄t aptari ad
quēlibet modū p̄missiū beneficij er
go etiā h tex. p nō. in. c. is q. 7. e. ti.

Quarta cōclu. Promotus
ad eccliam
parochialem debz in ip̄a p̄sonaliter
residere. et infra annū ad sacerdotij
ordinez promoueri. Probat hic in
vers. is etiā qui. Et dicit h arch.
q illud verbū residētie civiliter est
intelligendum. non amare vt nūq
inde possit discedere. vt in. l. si cui. ff
de serui. cum similibus. qui etiā
dicit q residere in ecclesia est eccle
sie deservire. parum enim est reside
re. nisi residens curam habeat eccle
sie. in qua personatum vel benefici
um habet. vt in. c. quia nonnulli. de
clericis non resident. et de isto dixi
in. c. finali. supra. de rescrip. eo.
libro. De isto anno quādo incipit
currere. dicit glosa verbi annū h q
a tempore habite possessionis paci
fice. nec currit iuste impedito vt pa
tet in. c. commissa. 7. eodem titulo.
Item an quis p̄t cogi ad ordines
vi. hic nobilē distinctionē. i. g. verbi

Summariū et Cōclones Sexti

privat' & de regularib' quō spellū
cur. vid. in cle. ne in agro spenul. de
statu regula.

Quinta con. Ad eccliam at
parochialem
pōt eligi et pōtari in minorib' dūta
rat pōtatur ordinib'. a tali etiā pōt
impetrari et eidem pōt pferri. dūmō
ad omnes ordines p̄moveri valeat
statutis a iure t̄pibus. Probatur h̄
p̄clo q̄ ad p̄ntatiōez i. c. ij. de insti.
De talis pōt impetrare eccliam paro
chiale habet in. c. si p pauperib' q̄
de p̄ben. De etiā in minorib' p̄stitu
tus eligi pōt ad eccliam parochialem
tenet archid. in. c. cū ex eo. q̄. eo. Job.
cal. in. c. dudū. q̄. s. e. De. de an. hic et
Bomi. p̄ hūc tex. et. c. statutuz. q̄. e. in
quib' artat ad recipiēdos ordines
maiores infra certū temp'. ergo nō
habē n̄citatē. et loquūtur hec iura i
electo. alias nō facerēt ad titulum.
Glō. t̄m hic i verbo carē. tenet p̄riū
et. g. in. c. si p paupib' all'. sed p̄ma
opinio hodie videt̄ obfuarī. Nā si
p̄trariū diceret sequeret̄ q̄ p̄moven
dus ad eccliam parochiale sp̄ prius
aliud b̄nificiū habē deberet. alias et
ad maiores ordines p̄moveri non
pōt. vt legit̄ nō. in. c. ij. & in. c. cū fm
s. de p̄ben.

Ultima con. Nisi ad parochi
alē eccliam p̄mo
tus infra annū p̄dictū ad sacerdoti
um fuerit ordinat'. ecclia ip̄o facto
ē p̄nat'. Sup̄ residētia autē p̄sonali
facienda ad tēp' poterit dispensare
su' ordinari'. Probat̄ hic in si. tex.
et si non ē p̄mot' ad sacerdotiū ela
p̄so āno. mora sua ē impurgabilis.
fm glō. hic in verbo privat'. qd̄ sp̄
procedit ubi quis incurrit penam
aliquam ip̄o iure. tunc em̄ non ad

mittitur purgatio more. vt hac glō
pbat̄. et. g. in. c. cupiētes. q̄ si per.
in verbo expectati. q̄. e. Nec possent
ep̄i dispensare hoc casu in ordine
annū prorogando. nisi in casu. c. cū
ex eo. q̄. e. fm glosam hic in verbo ca
rere. Quis autē ordinarius potest
super residētia dispensare tractat
hic glō penultima que sentit q̄ nō
solum ep̄i et superiores sed et
inferiores prelati. quod intelligit
Jobes an. de illis qui possunt desti
tuere. quia tales etiam possunt ad
residētiam citare. et non venientez
punire. vt nota. in. c. inter quattuor
in fine. de cleri. non residen. Super
non residētia et ordinibus simul
dispensat solus ep̄iscopus in casu. c.
cum ex eo. q̄. eodem titul. fm Pau. et
ita transit etiā Dominicus qui hic
plene tractat post archidiaconuz. et
Job. an. An dispensatio sit gratia
aut ius. vt hic per eū. Nā finaliter
q̄ hec p̄stitutio locuz h̄z in ecclesia
parochiali actualiter curam haben
te et non in ea que habitu t̄m curaz
habet. vt si desijt habere parochia
nos. ita tenet hic glosa verbi parochialis.
et sequitur Jobes de fautu.
et Bomic. quia hec constitutio ex
p̄mitit verba actum denotantis et
exercitum dum dicit gregis cu
ram gerat. ergo non sufficit habi
tus. prout tenet archidia. Item
habet etiā locum in vicario perpe
tuo ecclesie curate. vt in cle. vnica
de offi. vica.

¶ Eno deiceps po

test alicui p̄mēdare pl' q̄
vnā eccliaz parochiale. nec tales n̄ p̄sti
tuti i sacerdotio aut etate l̄tima et
nisi ip̄sus ecclie n̄citate vel vtilitate

De electione

suadente. commenda legitime facta ultra sex menses nō debz durare q̄c q̄d contra hāc p̄stitutionē factū fuerit ē irritū et inane.

Prima conclusio. Constitutio in sacerdotio et legitima etate potest fieri p̄menda ecclie parochialis si fuerit evidens utilitas vel necessitas ipsi. Probatur hic i ter. Ex q̄ conclusioe p̄z p̄mo q̄ maior idoneitas requiritur in p̄mendatario ecclie parochialis q̄ in rectore. q̄d p̄bat hic ter. iūcto. c. s. p̄xi. Secūdo p̄z q̄ non p̄t fieri p̄menda intuitu p̄sone. et si fiat nō valet p̄ finē huius ter. et per hoc reprobat distinctio quā facere voluit hic. g. fi. Exemplū igitur in q̄ p̄t fieri p̄menda est si forte elapsū est tēp̄ infra q̄d ep̄s poterit p̄ferre eccliam. puta sex mēses. ut i. c. ij. s. de p̄cel. p̄ben. quia p̄t eā p̄menda re. i. deponere seu custodiendā et saluandā p̄mittere. donec supior. p̄videat. ut hic in. g. magna. in fi. vel forte ep̄s nō p̄t aliter p̄videre ecclie. q̄ p̄ viā p̄mende. vel forte p̄mendatariū meli⁹ p̄t aliq̄ bona ipsius ecclie recuperare q̄ ali⁹ faceret. ar. c. ij. de feu. i. tertio r̄mo. p̄mo tñ non sit p̄menda i titulū ut patebit in vltima p̄clusioe

Secūda conclusio. Sic i plurib⁹ parochialib⁹ ecclijs de iure non p̄t q̄s intitulari. ita nec plures vni p̄nt in p̄mendā dari. Prima pars p̄bat in. c. de multa. s. de p̄ben. et dixi in. c. ḡa. s. de resp̄. Secūda pars p̄batur h in ter. iūc. fi.

Tertia conclusio. Nec i ecclia parochiali non collegiata i q̄ etiā facta p̄menda ad sex menses durabit solūmō. In alijs autē p̄t fieri p̄menda p̄petuo etiam

non constituto in sacerdotio. Hāc conclusionem tenet hic archid. et sic iste ter. intelligitur de ecclia parochiali simplici et nō collegiata. sicut. c. s. p̄xi. ar. c. statutū. f. e. et sequit̄ Jo. an. Imo. et Bomi. quia em̄ hec constitutio est exorbitās a iure antiq̄. q̄d p̄misit perpetuo cōmendas fieri nec exigebat sacerdotiū. ut. xxi. q. 7. c. qui plures. ita est stricte intelligenda. arg. c. que a iure. f. d re. iur. et. c. statutū. f. e. de q̄ h pleni⁹ p̄ Bomi.

Quarta conclusio. Cōtra hāc p̄stitutionē facta de cetero p̄menda est ip̄o iure nulla. Probatur hic in fi. ter. Et sic respicit hec constitutio solum commendas factas post hanc constitutionem per verbum deinceps in textu positum. Poterunt ergo electores aut patroni interim eligere aut presentare. fm arch. ar. regule nō p̄stat. f. de re. iur. Et ad sciendum an p̄menda sit facta ante eam aut post ostendit hic Jo. and. quo tempore istud concilium Lugdunē. p̄ Gregozium. ix. m. fuit celebratum referēs Francisc. Uercelleñ. dicere. q̄ fuit observatus āno domini Milleesimo cclxxiij. et duravit a principio maij vsq̄ ad augustum. Concilium autem Lugdunē. Inno. quartū fuit prius celebratum videlicet anno domini Milleesimo cclxviij. De concilio Clivenf. vide glosam penultimam in clemē. f. de cens. Concilium Alexandri tertij quod dicitur Lateranense fuit celebratum anno domini Milleesimo cclxxi. s. quo notatur in. c. cum apostolica. de his q̄ fiunt a p̄la. Concilium generale Innocē. terciij. de q̄. s. de deci. c. penul.

Summariū et Cōclones' Sexti

fuit celebratus anno dñi. Mccx. hec
Job. an. ad que solet hic ad eū fieri
remissio

Quinta con Quānis ecclia
cui careat prelato. durante tñ comē
da non dicitur vacare. p quo in an
ti quis decis. ro. xxvij. Probatur h
in. g. magna in. j. et. ij. q. Et sic patet
q appellacione prelati non compre
henditur pmendatari'. qd nōnduz
p prelatorum p̄ilegijs et p̄uetudi
nibus. Patet etiā q non p̄t talis ec
clesia p̄mendata tanq̄ vacans impe
trari. vt in ea. g. in. iij. q. Et sic patz
hic mirabile q ecclia non habz pre
latum et tñ non vacat. sed Job. de
lig. dicit q vacat quo ad aliquid.
quia prelato caret. quo ad aliquid
non vacat. quia impetrari non p̄t
nec conferri p ordinarium. vt in. vi.
q. eiusdem. g. Et quid sit officiu' cō
mendatarij. patz in eadē. g. in. iij. q.
quia custos tñ ē ecclie et fructuū. et
sequitur Job. de. imo. et Bñicus p
dictum. c. que plures

Ultima con Predicta omnia
sunt intelligēda
quando in titulum sit p̄menda. scē
si ad custodiam essz facta. Ex quo
patet q duplex est p̄menda. Una d
qua in hoc tex. que videlicet fit in ti
tulum. et hanc facere p̄t solus ep̄us
quia contra ius est. cum de iure q̄li
bet ecclia debet habere suū prelatuz
vt in. c. cum non ignores. de p̄ben.
et ergo non p̄t fieri nisi ex evidenti
nēitate aut utilitate ecclie. et sic solū
permittitur ex ep̄ozum dispensatio
ne. p. c. dispensationes. j. q. vij. fm In
nocen. et Hosti. in. c. si constiterit. s
de accusa. et. c. duduz. ij. s. e. Ideo dī
cūt Job. an. qd p̄mendabile est non

fieri p̄mendas. hec etiā cum p̄mit
titur. fieri debet infra tempus quo
ep̄us cōferre potest ecclesiā. postea
aut non. vt hic in fin. g. magne. Alia
aut est p̄menda que fit ad custodiaz
et hec etiā per inferiorē fieri p̄t.
etiā post tempus prelatuz. Nec ex
pirat p lapsū sex mēsu. imo durat
donec superior provideat de ecclia
vt hic in fine magne. g. De materia
p̄mende vide Inno. in. c. si p̄stiterit.
de accusa. et hosti. in. c. dudū. ij. s. e.
et doc. hic.

Spientes pericu

losis animarum vacatiōi
bus occurrere. romani pō
tiffices plura vtilia statuerunt in. c.
q̄ fit. s. e. ti. de p̄ntanda electione ele
cto de petendo ip̄ius consensum. et
adhibendo. et d̄ petenda confirma
tione que hic papa cōfirmat decla
rat et moderatur statuens in p̄ma
parte. q̄ licet in. c. q̄ fit. s. e. dictuz sit
q̄ electus post consensum p̄stituz
infra tres mēses teneatur petere ele
ctionis sue confirmationem. tñ quia
in his qui a sede ap̄lica cōfirmatio
nem petere habent locorū distantia
aut vicinitas maius aut min' t̄ps
exigit. Ideo vult q̄ omnes electi ec
clesiarum cathedralium aut regula
rium qui propter imediatā subiecti
onem aut appellacionem a sede apo
stolica habent petere p̄firmationez
debent infra vnum mensem postq̄
electioni p̄sensum dederunt vel post
q̄ ip̄ius notitiam habuerunt. si de
bito tēpe p̄ntata eis non fuissz. ad
sedez ap̄licam iter arripere. Et hoc
tpe elapso. etiāsi iter nō arripuerūt
possūt iſra t̄ps arbitrariū se. ap. adi
re 7 p̄firmationē petē. Debent autē

De electione

pparere apud sedē ipam psonaliter
cū omnibus actis et munimentis in
ribus et pcessibus negotiū electio
nis pcerentib⁹. Hoc dicit vsq; ad
§. Qd si per viginti

Prima con. Electus in cathe
dralib⁹ et regularibus ecclis. si a se
de aptica pfirmationē electōis petē
teneat infra mensem iter arripiat et
psonaliter causā cum actis et muni
mentis omnib⁹ psequatur. Proba
tur hec conclusio h in tex. Et sic in
hoc casu mutati est id qd habetur
in. c. q̄ sit in fi. s. e. ti. et li. In alijs at
electis p quoz mortē ecclia nō dicit
viduatā et qui nō hnt pfirmari a
papa seruādnus est ille tex. in. l. i. c. i. m.
L. de testa. Et pputatur iste mensis
a tpe p̄stiti p̄fusus. aut a tpe q̄ elect⁹
certam notitiā habuit electionis d
se face. vt hic. de q̄ in. g. verbi notit
tiā. que dicit q̄ tunc dicit q̄s habere
certā et indubitātā notitiā alicuius
rei q̄ p̄s fuit vel autenticā lram
de ea re recepit vel homines fidedi
gni id referunt. nec cuiuslibz referenti
credere tenetur. quā. g. Dominic⁹ dī
cit nōndā. quis ad multa facit. et iū
ge. g. in cle. cām in. verbo plena. e. ti.
Licet aut psonalē in casu tex. nostri
ad curiaz venire teneat electus. p̄t
tū p̄ pcuratorē electionis pfirmati
onē petere. fm. g. hic in verbo petē.
Cū quib⁹ aut actis et munimentis
debeat pparere. patz hic in. g. verbi
p̄tingentib⁹ et duab⁹ precedentib⁹
quia omnia iura respiciētia negoti
um electionis appellatiōis aut de
uoluntionis tenet portare ad curiaz
Itē et dispensationē sup defectu na
taliū sup pluralitate beneficiorū. et
et similib⁹. qd verū si de hoc fuit ex

ceptū p̄tra electuz. alias secus. quia
nō tenebitur d̄sumare sup obijcien
dis de nouo. iuxta formā. c. vt circa
s. e. Ex qua. g. nō singularit̄ ad intel
lectū multozū iurium. q̄ vbiq; ali
qs artat venire ad causā plene istru
ctas seu cuz actis et munimentis in
telligitur illud sup iaz productis et
deductis in negotio non aut super
his q̄ de nouo p̄nt obijci.

Secūda con. h̄mōi ele
ctus post dictū mense tēp⁹ arbitra
riū ad cōparendū in curiū. cōsidera
ta vicinitate et distātia locoz. Pro
batur hic in vers. et ex tūc. iūcta. g.
in eodē verbo. in p̄nci. Et arbitra
tur iudex hoc casu temp⁹ fm dietas
vulgares nō fm legales. si appareāt
ibi vulgares. alias fm legales. dum
modo hoc patiat q̄litas loci et sta
tus cause. fm. g. hic in verb. p̄mode
et p̄cor. Jo. mō. et archi. Prius enī
recurrendū ē ad p̄suetudinē loci et
postea ad legē. fm. p̄e. de anco. Pa
tet etiā hic q̄ ex diuersitate locoz
diuersū ius statuitur. qd verū ē q̄
a legislatore certum tēp⁹ nō statuit
s̄ arbitrio iudicis reliquit. sec⁹ si in
spectis locozū circūstātijs certuz tē
pus limitasset. qd in quolibet loco
putasset sufficere. ita intelligit. l. sup
uacuā. L. de tē. i. ite. resti. pe. et volu
it hic. g. verbi locozum Joh. mō. et
archi. et patēt exēpla ex his q̄ nōnē
in. c. cū sit rōna. i. de appel. et in. c. di
lect⁹. de pcura. s.

Tertia con. Predicta
omnia pce
dunt si pfirmatio electōis cathedra
lis aut regularis ecclie p̄ter appella
tionē aut imediatā subiectiōnē p̄ti
neat ad sedem apostolicā. sec⁹ si p̄pē

Sūmariū et cōlusiōes Sexti

remissionē iudicis aut aduocatio
nē sūmī pōtificis. Probat hīc in ter
xtu iūc. g. verbi imediata subiectio.
in verfi. Itē scias zc. Et sic patet q
duo sūt modi p q̄s negotiū electio
nis de iure in curia habz tractari. s.
immediata subiectio et appellatio
ab electione ad papā inēposita fm
formā. c. q̄uis. 7. c. vt circa. s. e. 7. de.
cām. e. ti. tunc em̄ ex nēitate in curia
tractari debz negotiū electionis. q̄
casu locū habet hec p̄stitutio. sec^o si
adiret papa sola partiū voluntate
aut iudicis relatione. fm. g. all.

Altima con. Eodem
mō ob
seruāda est hec decre. in p̄uisione 7
in electo p̄firmato. si appellatū fuit
ab ip̄ius p̄firmatione. sicut obseruā
da est in electioe. Probat hīc in. g.
verbi electi. qd̄ veruz ē in his q̄ p̄nt
aptari ad p̄uisionē seu collationē.
vt q̄ recipiat iter infra mēse et se p̄
sentet dño pape. non aut q̄ ad p̄nta
tionē p̄uisionis p̄uiso aut quo ad
p̄sentē p̄ntationē. q̄ tēp^o statutū non
est infra qd̄ p̄uisi teneant p̄sentire.
s̄ p̄figitur a collatoze. c. si tibi absē
ti. 7. de p̄ben. Nec etiā habz p̄uisi cō
firmationē petē. quia superior p̄uisi
dendo p̄firmat fm Pau. et est. g. in
verbo p̄uisionē in. c. 7. s. e. Ex glō
verbi piculosus est notādū q̄ cessan
te cā impulsiva legis non cessat p̄
pterea lex. sec^o si cessat cā finalis. ita
intelligitur. c. cū cessante. de appel. fa
cit. l. 7. ff. de postulan. Est etiā hīc
pulcra. g. in verbo malignatiū. ostē
dens intellectū illi^o qd̄ dicit. q̄ reoz
est fugē. vt in. c. null^o. iij. q. iij. in. l. p̄
perandum. c. de iudi. et notat in. c.
causā q̄. s. de do. et cōru. Mā vt dic
g. illud verū est legitimas exceptio

nes opponēdo et veras. non aut ma
liciose et fraudulentē. nisi habēt ius
in p̄ncipali. tūc em̄ malicias et cauil
lationes aduersarij p̄t p̄ alias repel
lere et sic fugere. et sic sentit. g. q̄ vbi
q̄s habz iustā causā in p̄ncipali tūc
p̄t licite p̄ fraudē et maliciā aduer
sariū repellere. facit. g. i. dicto. c. nul
lus. q̄ dicit q̄ aduocat^o si habz iustā
causam licite p̄t decipe aduersarios
et de hoc p̄ Jo. de imo. in. c. 7. de mu.
peti. et pleni^o hīc Romi.

Quod si per

viginti dies post lapsū mēsis et tē
poris arbitrarij elect^o personalitē cō
parere et electionis p̄firmationē pe
tere p̄tēnat nulla subsistēte iusta cā
aut licet iusta subsit causa. tū illas
infra dictos viginti dies nō p̄posu
it coraz papa. aut depuratis ab eo.
nec infra. xx. dies post p̄ositionem
eius eā nō p̄banit. nulla excusatione
verisimili allegata et admissa. aut si
iusta causa obito tpe p̄posita est
et probata. tū infra tēp^o p̄dictū non
misit p̄curatorē ad omnia sufficiēs
ter instructū. aut si misit p̄curatorē
s̄ cessante iusta cā eum a personali
cōparatione excusās. non p̄ntauit se
ip̄m p̄sonaliter sedi aptice. In his
casibus electio ip̄o iure est nulla. et
electus omni iure p̄ electionē q̄sito
ip̄o iure est puatus. Elect^o autē p̄so
naliter p̄parens in curia. aut p̄ p̄cu
ratorē eo iuste impedito. si non por
tauerit secū acta. iura et munimenta
negotij. talē patietur penaz. q̄ extra
curiā nisi ex iusta causa ad ea p̄du
cēda nullā habebit dilationē Hoc
dicit vsq̄ adhuc. Et sic penā cōti
net electi nō p̄parentis cū actis suis
fm. g. scđam hīc.

De electione

Prima con. In quibus casibus puatur omni iure quod sit electus et. g. j. h. ubi enumerat istos casus et patet ex textualibus supra dictis

Secunda con. Pro mense et arbitrio tempore de quo in §. s. primo lapsum per xx. dies in curia expectat. si personaliter non appareat electus. omni iure per electionem quod sit ipso iure puatur. ut hic in primo casu. tex. et sic dicitur hic ultra dilationem arbitrariam alia dilatio decernata. quod sit equitate suadente. quod iudex post lapsum preceptorij non debet nimis festinare. c. cum Bertol. de sen. et re iud. l. si finita. §. si forte. ff. de dano. ifec. Quibus et hoc sit pro malicia rei vincenda. ut i. c. put. de do. et p. et. Et est pro vera etiam electus per unum diem post dictos. xx. dies parat in curia. quod puatur est omni iure suo. et quod enim statim elapso tempore commissa est pena ipso iure. non potest purgari post tempus. ut hic in. g. verbi expectati. Quibus patet quod ubique pena est imposita a iure. seu executio facta a lege. ubi non est locus purgationis more. Idem si facta sit ab homine. l. quod ob re. ff. de p. d. c. in debiti. §. in Jo. de fautu. Item ista dilatio. xx. dierum est prima et in ea currunt dies feriati et non feriati. ut hic in. g. verbi apparere quam non. quod idem in alijs dilationibus de quo per Inno. in. c. ultra tertiam. in si. §. de testi. doc. in. l. j. c. de feri. Item si comparet electus. §. xx. dies et recedit illicentiat. adhuc locum habet pena. ut in. e. g. verbi parat in p. n. c. Quibus enim debet quod recedere a iudice sine iudicis licentia. alias contumax censetur. ac si non venisset. Ideo cauti preceptores faciunt scribi in actis quod de li-

centia iudicis recesserunt. de quo in c. j. §. de iudi.

Tertia con. Tenet autem electus pro parte rere etiam eligentes aut oppositentes non curaverunt ad curiam venire. pro ut patet hic in tex. i. c. g. verbi oppositentes. quod dat rationem quia in casu electionis potest procedi non obstante absentia adversario. ut in. c. j. §. e. ti. Et quo patet quod ubique potest procedi ad aliquem actum in absentia adversarii. tenet pro parte citata pro parte etiam adversario non pro parte. quod non dicitur. et con. Jo. mona. et archi.

Quarta con. Non comparens in curia infra predictum tempus. xx. dierum excusatur a pena huiusmodi. c. si infra illos dies allegaverit infra dies xv. sibi prefixos probaverit in curia iustam causam impedimenti. Probatur hic in versi. de q. Quibus ad tria tenet impediri persona licet apparere in curia primo enim tenetur allegare impedimentum in curia non enim sufficit quod est impeditum. nisi si alleget impedimentum. c. si iustus. de appella. c. q. rel. §. e. et hoc casu per preceptorem sufficere id facere debet. et non per simplicem nuncium. §. in archidi. et Jo. an. sup. g. verbi proposito. Secundo tenet probare impedimentum iusto tempore. quod infra xv. dies per iudicem assignatos per quod admittitur est causa allegata ad probationem. Quibus patet quod exceptio non est probanda antequam sit admittitur per iudicem tanquam legitima. per tex. hic dicitur si admittitur da videbitur. quod verum nisi iudex admittit ea cum pretestatione si de iure debeatur admitti. iuxta practica. c. cum contingat. §. de offi. dele. et ita quod iudice admittit positiones et articulos ad ridentem et probandum salvo

Sūmariū et cōlusiōes Sexti

